

953-0,50

45-159

C9-2

ACADEMIA APOLOGÉTICA IN CONCILIARI DIVI PELAGII MARTYRIS SEMINARIO,

JUXTA EJUSDEM STATUTA,


CORAM EXCMO. AC ILLMO. PRAESULE

D.^{re} D. D. Sebastiano Herrero Espinosa de los Monteros,

DIE DOMINICA, XI CALENDAS JUNII, HORA X ANTEMERIDIANA

IN PRAEFATI

SEMINARII SACELLO, HABENDA.



1887

Imprenta, librería y litografía del DIARIO DE CÓRDOBA,
San Fernando 34 y Letrados 18

ACADEMIA APOLOGÉTICA

IN CONCILIARI DIVI PELAGII MARTYRIS SEMINARIO, JUXTA
EJUSDEM STATUTA, CORAM EXCMO. AC ILLMO. PRAESULE
DRE. D. D. SEBASTIANO HERRERO ESPINOSA DE LOS MONTEROS,
DIE DOMINICA, XI CALENDAS JÚNII, HORA X ANTEMERIDIANA,
IN PRAEFATI SEMINARII SACELLO HABENDA.

Selecti auditores Theologicæ Facultatis, D. Franciscus Muñoz et necnon D. Eligius Pedrajas et Romero, insequentes propugnabunt conclusiones.

Primus testimonia sacræ scripturæ adducet
latine ac hebraice.

Secundus latine ac græce.

SECTIO PRIMA

DE MYSTERIO SANCTISSIMÆ TRINITATIS

PRIMA PARS

1.^a

Historia dogmatis Sanctissimæ Trinitatis—ejus revelatio
ac expositio in Veteri Testamento—vera origo hujus doctri-
næ, si forte exstitit, inter traditiones universales antiquorum
populorum---Plato et platonici philosophi; Philo judæus ac
Mercurius Trismegistus, quid de Trinitate tradiderint.—
Dogma catholicum ab eorum doctrina nec procedit nec pro-

cedere potest:—ejus revelatio in Novo Fœdere:—primævæ Ecclesiæ fides:—testes ac expositores illius potissimè ante Nicænum Concilium, sæculisque subsequentibus usque adhuc:—impugnatores prima ætate: Modalistæ, Subordinationistæ ac Tritheistæ, post, Ariani et Semiariani, Macedonius ac macedoniani, Graeci schismatici,—Medio ævo, an et quomodo horum errores restituerint aut docuerint Michael Servet, Roscellin, Gilvertus Porretanus et alii; ultimisque Ecclesiæ sæculis quid doceant Sociniani ac recentiores Rationalistæ.

2.^a

- a)* Tres sunt in una divina essentia personæ realiter distinctæ.
- b)* Quod mysterium rectæ rationi minimè adversatur.
- c)* Est fundamentum Christianæ professionis, atque totius sanctificationis origo, cultusque catholici causa integra vel universalis.

3.^a

Sunt in Deo duæ tantum processiones, immanentes, æternæ, substantiales, necessariæ, methaphysicæ: et ideo sunt *in Deo* tres personæ Pater, Filius ac Spiritus Sanctus.—Placitis theologorum expositis quibus explicare volunt differentiam inter generationem Filii ac processionem Spiritus Sancti; ostendatur quod Filius à Patre procedit per formalem rationem intellectū, Spiritus Sanctus per formalem rationem voluntatis seu dilectionis.

4.^a

Relationes divinæ sunt essentiales, subsistentes, ac reales, videlicet, Paternitas, Filiatio, Spiratio activa et Spiratio passiva; harumque sibi mutuò opponnuntur-Paternitas et Filiatio; Spiratio activa et Spiratio passiva; atque tres personas divinas constituunt.

5.^a

Doctrina SS. PP. et DD. Scholasticorum circa notiones, circuminsessionem, missionenique divinarum personarum latissimè atque accuratissimè exponatur.

6.^a

Prima persona Sanctissimæ Trinitatis proprissimè vocatur Pater, innascibilis, principium Filii et Spiritus Sancti atque auctor omnium rerum.

7.^a

a) Secunda persona est Verbum Dei, Filius Patris, illique consubstantialis ac proinde coæternus et coæqualis.

b) Est etiam imago, character aut splendor Patris et figura substantiæ ejus.

c) Est Sapientia.

8.^a

a) Tertia persona verè et propriè Deus, aptissimè vocatur ac est Spiritus Sanctus.

b) Amor seu charitas, vinculum sanctissimæ Trinitatis ac donum Dei.

Spiritus Sanctus à Patre Filioque procedít tanquam ab uno principio.

10.^a

Pater, Filius et Spiritus Sanctus, seu tres personæ diuinæ, operationes ad extra peragunt; et tamen Verbum tantum caro factum est.

SECUNDA PARS

a) Potentia—potentiae species—Actus speciesque eorum—potentiae et actus relationes—potentia objectiva—possibile et nihilum.

b) Essentia—essentia est id per quod res est quod est, et non aliud—essentiarum dotes: sunt necessariæ, immutabiles, indivisibiles, æternæ—essentiæ rerum non pendent ab intellectu divino neque à libera Dei voluntate; sed mediata ab ejus divina essentia.

c) Existentialia—existentialia est actualitas essentiæ—existentialia in Deo—in rebus creatis existentialia realiter distinguitur ab existentialia.

d) Substantia est ens per se subsistens quin altero adhæreat velut modificatio—conceptus substantiæ multiplicitas, atque etiam substantiarum in re seu realiter existentium.

e) Subsistentia seu hypostasis, itemque *suppositalitas* vel terminus rei est ultimum entis complementum, quo fit ut ens illud reddatur adæquatum omnium suarum functionum ac proprietatum principium.

- f) Suppositum est ens per substantiam completum.
 - g) Persona est suppositum rationale, vel naturae rationalis individua substantia.
 - h) Processio est origo unius ab alio:—principium:—principiatum:—causa:—effectus.
 - i) Relatio est ordo seu habitudo unius ad alterum—earum multiplicitas, realitas atque proprietates.
 - j) Natura est principium operationum:—hujus verbi acceptiones à S. Thoma expositæ.
-

SECTIO SECUNDA

DE DEO CREATORE

PRIMA PARS

1.^a

Dogma creationis—ejus revelatio Veteri Fædere—Ecclesiæ Catholicæ fides—Symbola, Concilia, precipuè Late-ranense et Vaticanum.— Illius impugnatores.— Veteres Gnostici—hodierni Rationalistæ—Pantheistæ—Darwiniani—Doctrinæ ortodoxæ propugnatores ac expositores; Sancti Patres, Theologi atque Philosophi catholici.

2.^a

Una eademque non est Dei et rerum omnium substantia vel essentia.

3.^a

- a) Res finitæ neque corporeæ neque spirituales, nequidem spirituales, è divina substantia emanarunt.*
- b) Divina essentia sui manifestatione vel evolutione nihil fit.*
- c) Deus non est ens universale seu indefinitum, quod sese determinando constituat rerum universitatem in genera, species et individua distinctam.*

4.^a

- a) Mundus resque omnes quæ in eo continentur, et spirituales et materiales, secundum totam suam substantiam à Deo ex nihilo sunt productæ.*
- b) Deus voluntate ab omni necessitate libera, et non tam necessariò creavit quam necessariò amat se ipsum.*
- c) Mundus ad Dei gloriam conditus est.*

SECUNDA PARS

- a) Cosmogonia mosayca exactissima est, atque veteribus novissimisque inventionibus non tantum haud infirmatur, quin potius confirmatur roboraturque.*
- b) Tempus et modus creationis—Deus mundum in tempore seu cum tempore condidit—sex diebus—Doctrina sacerorum interpretum circa illos.*
- c) Sexta die Deus immediatè formavit hominem ad imaginem et similitudinem suam—masculum et féminam fecit eos—ex quibus universum humanum genus procedit—Unitas speciei humanæ.*

- d) De Paradiso—Quatuor fluviiis—arbore vitæ et altero scientiæ boni et mali,—deque homine paradisiaco.
- e) Fuit in principio terra labii unius—multitudo linguarum puncto temporis evenit, illiusque causæ sunt transcendentes.
- f) Diluvium de quo Moyses agit, in se ipso et in omnibus ejus adjunctis, est verum, reale, universale atque omni genere testimoniorum comprobatum.
- g) Chronologia mosayca est inter omnes exactissima.

VELADA INVOCACIÓN

1.^º

El 15.^º Centenario de la conversión de S. Agustín. *Oda en versos exámetros latinos* por D. Luis Fernández Casado.

2.^c

El Santísimo Sacramento.—*Lectura alemana* por Don Francisco Gómez Vacas.

3.^º

Los Santos Mártires en la persecución de Enrique VIII y la Reina Isabel de Inglaterra.—*Canto en inglés*, la primera parte por el Sr. D. Rafael Bujalance y la segunda por el Sr. D. Telmo Dodero.

4.^º

S. Luis, rey de Francia.—*Poema histórico* por D. Antonio Pastor.

PLEGARIA Á MARÍA

5.^º

El jubileo sacerdotal de León XIII.—*Epitalamio en italiano* por D. José Estrada y D. Francisco Moreno Perea.

6.^º

La Cruz de Sobrarbe y la Virgen de Covadonga, ó la reconquista de España.—*Ensayo de una Epopeya* por Don Constantino Montilla y López.

7.^º

A Nuestra Señora de Monserrat.—*Cantiga en catalán*, por el Sr. D. Daniel García Redondo.

HIMNO Á SAN PELAGIO.



